quartus· Qua ppt & uox quae organalis dr̄· uocē alterā quae uocat̄ principalis eo modo comitari solet. ut in quolibet tetracordo in qualibet particula infra tetrardū sonū nec positione descendat nec inchoatione leuetur· obstante triti soni inconsonantia· qui tetrardo ē subscdš· Quę ut lucidiora fiant· exempli descriptione statuantur p ut possit fieri sub aspectū·




Ad hanc descriptionē canendo facile sentitur quomodo in descriptis duob; mēbris sicut subtus tetrardū sonū organalis uox responsū incipere n̄ potest· ita subtus eundē non ualet positione pgredi· & ob hoc in finalitate positionū a uoce principali occupatur· ut ambe in unū conueniant·

Ergo quoniam predicti limitis oppositione breui diastemate coartatur· & nisi in tribus uel quatuor sonis organalis uox spacium habet· Idcirco scd̄m particularum positionem & loca mutat· Vagantib; enim particulis· Dū modo cantilena in sursum prodeat· modo in ima deponatur· & nunc quaelibet particula positionem habeat circa superiores sonos· Nunc circa terminales· aliquando circa graues· semper uox organalis positionum finalitatem eo iure subsequatur· ut subtus tetrardum sonum in quem uel finalitas particulae deuenerit· uel qui proximus ipsi finalitati suberit· Nec ordiri leuationem ualeat· nec rite finalitatem deponere· coeptū carmen exempli gratia ǽ·

